Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



OVS.

52

mentis cum eunuchis fornicatus sunt. Le
gitimum sempiternum erit illis et posteris eorum. Ad populos dicens. Ho de domo
israel et de adventis qui peregrinat apud
nos. qui obtulerit holocaustum sive
victimam. Ad ostium tabernaculi
testimonii non adduxerit eam. ut of
feratur domino. interibit de populo suo. Ho
quilibet de domo israel. et de adventis a
pegnantur inter nos. si comederit
sanguinem. obfirmabo faciem meam
contra animam illius. et disperdam
eam de populo suo. quia anima carnis
in sanguine est. et ego dedi illi ut
ut super altare meum expiet animas
nostras. et sanguis pro animabus
illis fundet. Idcirco dixi filiis israel. Omis
anima ex vobis non comedet san
guinem. nec ex adventis qui peregrinatur
apud nos. Homo quicumque de filiis
israel. et de adventis qui pegrinatur
apud nos. si venatione sive aucupio ce
perit feram vel avem quibus vescitur
licitum est. fundat sanguinem eius
et operiat illum terra. Anima enim omis
carnis in sanguine est. Unde dixi
filiis israel. Sanguinem omnis carnis
non comedetis. quia anima carnis
in sanguine est. et quicumque comedit
illum interibit. Anima quae comedit
morticinum vel captum a bestia. tam
de indigenis quam de adventis. lavabit vestimenta sua. et semetipsum aqua
et rationabiliter erit usque ad vesperum.
et hoc ordine mundus fiet. Qd si
non laverit vestimenta sua vel corpus
suum. portabit iniquitatem suam.

Locutusque est dominus ad. XVIII.
moysen dicens. loquere filiis is
rahel. et dices ad eos. Ego sum
dominus deus vester. Juxta consuetudinem terre
egypti in qua habitastis non facietis.
et iuxta morem regionis chanaan ad
quam ego introducturus sum vos. non
agetis. neque in legitimis eorum ambu
labitis. facietis iudicia mea. et prae
ra mea custodietis. et ambulabitis in eis
Ego dominus deus vester custodite leges meas.
atque iudicia. quae facientes homo vivet in
eis. Ego dominus deus vester. Omnis homo
ad proximam sanguinis sui non accedat.
ut revelet turpitudinem eius. Ego do.
Turpitudinem patris tui. et turpitudinem
matris tue non discooperies. Mater
tua est. non revelabis turpitudinem
eius. Turpitudinem uxoris patris tui
non discooperies. turpitudo enim patris
tui est. Turpitudinem sororis tue ex
patre sive ex matre que domi vel fo
ris genita est. non revelabis. Turpi
tudinem filie filii tui. vel neptis ex
filia non revelabis. quia turpitudo
tua est. Turpitudinem filie uxoris pa
tris tui. quam peperit patri tuo. et so
rori tue non revelabis. Turpitudinem sorori
patris tui. non discooperies. ipsa caro
est patris tui. Turpitudinem sororis ma
tris tue non revelabis. eo quod sit caro
matris tue. Non revelabis turpitu
dinem patrui tui. nec accedes adux
orem eius. quia tibi affinitate con
gruit. Turpitudinem nuruis tue non
revelabis. quia uxor filii tui est. nec
discooperies ignominiam eius. et uxo
rem fratris tui nullus accipiat. Tur
pitudinem uxoris fratris tui non re
velabis. quia turpitudo fratris tui est.
Turpitudinem uxoris tue. et filie eius
non revelabis. filiam filii eius. et fi
liam filie eius. non accipies. ut re
veles ignominiam eius. quia caro il
lius sunt. et valde contra nefas est.
Sororem uxoris tue. ne accipias aemu
non accipies. nec revelabis turpitu
dinem eius. adhuc illa viventis. Ad
mulierem quae patitur menstrua
non accedes. nec revelabis foeditatem
eius. Cum uxore proximi tui non co
bis. nec seminis commixtione macu
labis. De semine tuo non dabis
ut sacrificetur moloch. nec pol
lues nomen dei tui. Ego dominus. Cum mas